

104r

& ossa non habet quem habentem uidistis habebat carnes habebat ossa & clausa erant ostia Quomodo clausis ostiis intrauerunt ossa & caro clausa sunt ostia & intrat quem intrantem non uidemus unde intrauit omnia clausa sunt locus non est per quem intrat & tamen intrat est qui intrauit & non patet quomodo intrauit nescis quomodo factum sit & dicit hoc potentia aedi de potentia aedi quae de uirgine natus sit & tamen ipsa uirgo fuerit uirgo post partum; Legimus in ezechiel in templi aedificationem portam inquit haec orientalis qua respicit ad orientem semper clausa erit & nemo inquit intrauit per eam fuit solus pontifex clausa est porta & nemo intrauit per ipsam portam fuit solus pontifex Sepulchrum saluatoris in praedurissima fuerat excisum in praedurissima quae nullum habebat molliorem & scriptum est quod in isto ipso sepulchro nullus ante sit positus sed nouum sepulchrum erat. manifestum quidem est secundum litteram quod factum est & propterea in praedura excisum est. Debemus enim primum secundum litteram dicere & indurissima lapide fuerat excisum & in nouo sepulchro positus est. & grandis lapis positus est ad ostium & custodia ponitur militum in circuitu; ut quantum fortius seruetur ne furari possit tanto magis uirtus dei apparuerat cum resurrexit; si enim sepulchrum fuisse in terra dicere poterant suffoderunt terram & furati sunt eum si fuisse lapis paruulus positus dicere poterant paruus lapis fuit & dormientibus nobis tulerunt eum; denique in euangelio quid scriptum est uenerunt inquit alii discipuli & pharisaei & sacerdotes & uenerunt ad pilatum & dixerunt ei Domine magister ille dicebat quod resurrexisset ne ergo uenerunt discipuli eius & fuerunt eum & dixerunt resurrexit & peior error fiat quomodo factum est; dabo si qui eum custodiant ne uirum furentur; & dicit pilatus habetis custodiam te facte quomodo uultis; diligentia scribarum & ostium prodest fidei nae; Seruare pharisei seruare dei non potest. In sepulchro tenere non potest qui fecit caelum & terram; Cuius in pugillo terra est & caelum; quia